



Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exorcismorum

**Eynatten, Maximilien de
Antverpiae, 1626**

Formulæ benedicendi tam comestibilia quàm alia quibus vtuntur
energumeni, vel maleficiati, desumptæ ex Pontificali, Missali, & Rituali
Romano, & ex Scriptura sacra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40734

ritus \pm sancti descendat super vos, & su-
per domum vestram, & maneat semper.
Resp. Amen.

Possunt huiusmodi Exorcismi cum ceteris
repeti, si non cesset infestatio, aliquoties in se-
ptimana, quoties & quamdiu prudenti Exor-
cistae videbitur. Si breviorum Exorcismum de-
sideret, sumat ex prædictis deuotioni suæ ma-
gis accommodata.

Formulæ benedicendi tam com-
estibilia quām alia quibus vtun-
tur energumeni vel maleficiati:
desumptæ ex Pontificali, Mis-
sali, & Rituali Romano, & ex
Scriptura sacra.



V A N D O Q V I D E M (ut s̄epiūs
dictum est) valde utile & expediens
sit energumenis vel maleficiatis uti
rebus Ecclesiæ precibus benedictis, ut
Aqua benedicta, pane, sale benedicto, aliisq; ci-
bis benedictis, & ut medicinæ ab eisdē sumen-
dæ benedicatur, iuxta doctrinam Apostoli di-
cetis, omnem creaturam bonam esse, & sancti-
ficari per verbum Dei & orationem: hic sub-
iunguntur variae formulæ benedictionum, quas

T 4

pru-

296 MANVALIS EXORCISMORVM
prudens Exorcista facilè poterit accommodare
aliis rebus hīc non expressis, mutatis mutandis:
ut hac ratione etiam excludantur formularia
à temerariis quibusdam excogitata, multis su-
perstitionibus admixtis. Et licet reperiantur
fortè apud aliquos Auctores bona, non sapiētia
superstitionem; nihilominus expedit illas Be-
nedictiones & Preces retineri, quæ ab Ecclesia
in usum receptæ sunt, à veteribus usitatæ, vel
proximè ad eas accedūt, eò quod huiusmodi ef-
ficaciores sunt & maioris meriti apud Deum,
quam priuatorū. Proinde Sacerdotes & Exor-
cistæ his solis utentur. Imò aliis uti non per-
mittuntur, ne contingat malo delectu admitti
quid minus idoneum.

Ordo ad faciendam A Q V A M
B E N E D I C T A M.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini. Resp. Qui fecit cælum & terram.
Deinde absolute incipit Exorcismum salis.

Exorcizo te, creatura salis, per Deum +
viuum, per Deum + verū, per Deum +
sanctum: per Deum, qui te per Elisæum
prophetam in aquam mitti iussit, ut sanare-
tur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorciza-
tum in salutem credentium: & sis omnibus
sumentibus te sanitas animæ & corporis: &
effu-